

dini seipso committentes ac sola naturę pudenda
contegentes, cætera nudi, terram depascuntur (vn
de & armenta vocantur, Græcè οσκοι, &, vt ait Ni
cephorus libro 14. cap. 58. ἀπωλητις) ita vt suibus &
bestiis similes reddantur, aspectusque ipsorum, &
mens quoque ab humana forma & mēte dissideat,
& homines visos fugiant. Sed & quidam Circula
tores se vocant, quòd omni pudore abiecto inter
homines ad risum aliis mouendum nudi versan
tur, vt idem Euagrius scribit. tot nimirum fuerunt
monstrorum genera, quæ Monachismus tantope
re tamen laudatus peperit. Istis verò longè festi
uiores alii Monachi, & ipsi quoque inter hæreticos
recensiti à Ioanne Damasceno, & Heicetæ dicti,
qui cum Monacharum mulierum cœtu in mona
steriis saltant, & tripudiant, & id putant Christia
num, neque lascium, quos Damascenus damnat.
Hi verò nostri feri & agrestes homines, inter hæ
reticos recensentur ab antiquis Christianis, & me
ritò, licet eos Eremitarum natio sequatur adhuc
hodie, qui Eremitæ à Papistis non damnantur.
Vocantur autem à nobis isti, feri, & inhumani, si
ue agrestes: ab aliis verò videntur Girouagi no
minari, quorum vitæ & instituto planè repugnat
vita Christi, qui cum hominibus, vt cæteri, come
dit, & versatus est, Matth. II. versu 19. & illud quod
est in Ecclesiastico, Vx homini soli. Heius hære
ses meminit Isidorus, apud quem mendum est.
Sic enim apud eum, Aliæ (hæreses) cum homini
bus manducant. Legendum tamen ex hoc Augusti
ni loco, non manducat. Videtur extitisse tēporibus
Theodosii iunioris, post Christū passū, anno 420.
in Syria & Palæstina præsertim, vbi tetricora quām
in